



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Considerationes antemeridianæ: ex Ioan. Gersen Abb. Vercell. de Imit.
Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

CONSIDERATIO I. ANTE-
MERIDIANA.

De Agnitione Beneficiorum Dei.

Ex Ioanne Gersen Ordinis S. Benedicti
Abbate Vercellensi de Imitat.
Christi l. 1. c. 10. n. 1. 2.

Nunc iterum loquar Domine, & non si-
lebo. In hoc maximè ostendisti mihi dul-
cedinem charitatis tuæ, quia cum non es-
sem, fecisti me: cum errarem longè à te, re-
duxisti me, ut servirem tibi, & præcepisti,
ut diligam te. Quomodo potero tui oblivis-
ci, qui mei dignatus es recordari, etiam
postquam contabui & perij?

CONSID. II.

De obsequio Servitutis, & Lau-
dis Divinae.

Quid dabo tibi pro omnibus istis millibus Ioan. Gers.
bonis? Utinam possem tibi servire cun- ibid. n. 4.
ctis diebus vitæ meæ! utinam vel uno die dig-
num servitium exhibere sufficerem! Verè tu es
dignus omni servitio, omni honore & laude
eternâ. Verè Dominus meus es, & ego
pauper servus tuus, qui totis viribus teneor
tibi servire, nec unquam in laudibus tuis
fastidire. Sic volo; sic desidero: quidquid
mibi deest, tu digneris supplere.